

existentiam ejus in sepulcro et in Sacramento. Subtiliter igitur ex *Aristotelis* principiis stabilita opinione sua concludit: *Nos ergo adherentes fidei orthodoxe et modo humano uolentes philosophari secundum ea que tradidimus probabiliter incedentes secundum modum intelligentie nobis a deo concessę ostendimus, quod non conuenit ponere plures formas. In quo finem imponimus huic libro quem intitulari uolumus contra gradus et pluritates formarum. Laus ergo sit ipsi christo &c. L. I. c. 1.* loquitur Autor *de hiis que tradidimus de statu hominum egrorum.* Quid igitur, si *Guilelmus de Morbecka* fit, de quo supra meminimus, quique varia Medica de Graeco uertit, ut habes in *Scriptt. Ord. T. I. p. 390.* idque eo magis, quod sub rescripto, ut dixi, *Thomae* nomine, manifeste litera G. adparet.

DLXII.

R. 645 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 55. 8. fat nitide perscriptus et a. 1721. Bibliothecae Palatinae cum aliis hoc *Vol.* relatis traditus a *Thoma M. Alfano* O. Praed. inscribitur: *Opus D. Thomae Aquinatis De Essentijs*, in calce uero *Liber de Essentia essentiarum*, quem ideo Codicibus Theologicis adnumerare uisum est, quod ab *Essentia diuina* tractationem orditur; hinc enim ad *Physica*, ad *Essentiam corporum supercelestium, elementorum, mineralium, plantarum, animalium* et *accidentium* digreditur. Licet ue-

ro mihi breuem esse per *Quetifum* et *Echardum*, qui T. I. p. 344. luculentis rationibus eum ab *Thoma* abjudicant, quas ibi uide. Init ille: *Magnifico principi ac Illustrissimo domino suo N. primogenito regis ierusalem et Sicilie — Cum prima causa et summa ex altitudine sapientie sue &c. Pro N.* in Codice *Coistin.* inuenerunt Bibliothecarii praedicti *Roberto*, nempe *Caroli II. Claudi* filio, qui biennio post mortem *Thomae* natus fuit. In loco, quem illi excerpunt, fabuloso de *Libro Abelis* nobis fol. 17. p. 2. rectius legitur *Hermes*, quam *Hermogenes*; *Hermeti* enim *Theurgorum* et *Alchymistarum* *Vulgus* ejusmodi stupenda tribuebat. Addam duobus illorum *Locis* excerptis tertium, nobis fol. 18. *Narrat mibi etiam quidam, quod fecerit ymaginem de stanno, secundum quod in dicto (Abelis) libro precipitur, Luna existente sub 2^{da} fatie aquarij non retrograda: et scripsit nomen domini siue Intelligentie lune, et fecit illa que erant necessaria ad ymaginem, secundum quod ibi precipitur, et uolens deridere puellas cuiusdam opidi, posuit dictam ymaginem in aqua et fonte sub aqua illius opidi, et omnes vrcei et uasa, que tangebant aquam, frangebantur. An haec ab *Thoma Aquinate* expectes?*

DLXIII.

Codex membraneus lat. Sec. R. 3356 XIV. Folior. 93. 8. maj. parte priori per duas columnas minutissime,

fime, deinceps paullo majori caractere nitide exaratus, coloribus distinctus, et olim, ut praefert, *Monasterij Monsee* O. S. B. quod in *Austria* super. fuit, sequentia offert. I. praemisso Quaestionum Indice *Summam*, ut e calce adsumo, *Magistri Gwillebelmi abbreviatam*. Est ea distincta in IV. *Libros* ad modum *Petri Lombardi*, quem etiam respectu ad materiam aemulatur, quin praeit potius, siquidem is fit *Guilelmus de Campellis* cognomine *Venerabilis*, Ep. *Catalaunensis*, defunctus a. 1121. Hunc enim *Sententias Theologicas* reliquisse *Oudinus autoris* Codicis T. II. col. 965. testatur. Nec obstat, aliud ab eo principium Operis citari, quam Codex noster exhibet, qui incipit: *Cupienti summam cum utilis et necessarie* &c. cum hic non ipsam *Summam*, sed *Abbreviationem* tantum illius, uti dictum est, complectatur. Fertur quidem etiam *Guilelmus Peraldus* O. P. in *Libros IV. Sententiarum* scripisse; verum, si de eo res esset, *Librarius* noster *Fratrem de Ord. Praed.* et non *Magistrum* adpellasset. Aliam *Summam Guilelmi Altissiodor.* dedi hoc *Vol. Guilelmum* autem *Alvernum* Ep. *Paris.* Opus simile condidisse non invenio. Ad calcem addita sunt quaedam ex *Alexandro Alensi* de *Sacramentis*.

II. fol. 56. sequitur *P. Ovidius Naso de Remedio Amoris* stipatus cum Scholiis marginum, tum Glossis, seu vocibus synonymis inter lineas. Scholiastes inci-

pit: *In principio huius libri quinque requiruntur, scilicet Materia. Intentio. Utilitas. Tytulus. Cui parti philosophie subponatur hoc opus* &c. Ubi de *Intentione* agit, ridicule ait: *Ovidium dare precepta, quibus malum et incestum amorem vitare possimus, ut de alienis uxoribus et monachabus.* Textu speciminis ergo collato in primis 100. Versibus non nisi sequentia *Burmanno* non observata deprehendi: V. 52. *At tamen exemplum pro exemplo.* V. 65. *Da Paridem pro Redde Parin.* V. 67. *sensisset Scylla pro legisset.* V. 74. *quisque faveto pro favete.* V. 78. *cura tuae est pro cura tuae.* Scholia duplicia sunt, quae a prima manu, potissimum historica et mythologica explanant, quae a secunda pallidiore, συγγεγραφα tamen, plus sensui et vi Poetae dant.

III. fol. 70. p. 2. Incipit nova poetria *Magistri Ganfredi*. Ita tamen, ut prosaica ad eam Introductio jam in fol. praeced. p. 2. margine auspiceretur, eamque deinceps sequatur per Poematis margines Commentarius. Introductionis initium est: *In principio huius libri videndum est, quid tractetur in hoc opere, et quare, et qualiter. Quid tractetur, ocius videbitur, si materia videatur. Materia huius libri est artificiosa eloquentia hoc est rethorica, secundum quam docet auctor poetas artificiose et metricè loqui* &c. Non edidit prosaicam hanc Partem *Leyserus*, a quo Poema ipsum in *Hist. Poet. med. aevi* p. 862. habemus, quam

quam testibus *Balaeo*, *Pitseo* et *Tamero* *Bibl. Brit. Hib.* p. 736. pariter *Ganfredi*, *Gaufredi*, *Galfridi*, *Godefridi*, *Gualteri* (ita enim a variis scribitur) haberi pos-

Papa stupor mundi! si dixerō: Papa Nocenti!
Acephalum nomen tribuam tibi; si caput addam,
Hofis erit metri.

In contextu vix aliquid diversitatis occurrit, quod solertem *Leyserum* fugisset. *Ganfredi* cognomen *de vino salvo*, vocabulo patrio *Winesauf*, Germanis nostris male sonaret, utut Poetae fit.

IV. fol. 78. p. 2. Elegia distichorum CCXV. multa facilitate decurrens, qua lepida textitur *Fabella de duobus Fratribus* divite et paupere, quorum huic in agello suo enormis Rapa nata est, pro qua ad Regem delata copiosis donis cumulatus abiit. Uffit id Fratrem invidum, detulit et ipse, quidquid pretiosi habebat, ad Regem, ab eoque praemium, Fra-

Fama fuisse duos testatur friuola Fratres,
Quos uni mater edidit una viro.
Militie tytulus hos insigniuerat ambos,
Ex quibus unus erat diues, et alter inops. &c.

Concluditurque:

His diſis conſcendit equum pendentis, abique,
Et clamans inquit: Magne Sophiſta vale!

Adhaerent quaedam Sententiae et Adagia distichis concepta.

V. fol. 81. *Consecratio lapidum*, quae incipit: *Omnis creatura in propria natura, in qua a deo condi-*

fit. Vixit non inconcinnus hic Poeta *Anglus* in confinio Seculi XII. et XIII. sub *Innocentio III.* in cuius nomen initium Poematis ita ludit:

tris *Rapam*, accepit. Unde *Fratri* in silvam pelleſto, constitutis *ficiariis*, mortem parabat. Verum hi cantu *Scholaris* forte fortuna illac equo iter agentis perterriti diffugerunt sacco, cui hominem incluserant, ex arbore suspenſo. Inuitavit arboris hujus umbra *Scholarem* ad capiendam quietem, sed voce ad eum adlapsa percussus audivit, in illo sacco melius addisci posse *Philosophiam*, quam in ulla *Academia*. Itaque stationem cum incluso mutavit, a quo pendulus irrisus et destitutus est. Init *Carmen*:

ta est, ab ipſo bona condita est et benediſta. Sed pro peccato inobedientie corrupto primo homine, deinde que propter hominem primum ad uſus hominum iam creata fuerant

rant — corrupta sunt. &c. Itaque restauranda Consecrationibus, quarum Formulae superstitiosae una cum virtutibus Lapidum pretiosorum plus quam anilem credulitatem poscentibus sequuntur. Diversum ab *Evacis* Regis et *Marbodi*

Non confert ulla regnum celeste gugulla. (Cucullus).

Ni mens sit pura, non prodest Regula dura.

Ante deum testis mens est, non aspera uestis.

et centum similia de omni argumento.

VII. fol. 85. Extrema Libelli de *Pulsibus*, et continuo. *Incipit liber urinarum theophili episcopi.* Ita libenter ad magnas dignitates promovebant Librarii. Alii Monachum, alii Protospatharium fecere, alii *Philothbeum*, etiam *Philaretum* dixere graecum Sec. VII. Scriptorem, de cujus Opusculis tam *ms.* quam editis utraque lingua agit *Hallerus Biblioth. Medic. pract. T. I. p. 307.* Noster init: *De urinarum differentia negotium multi ueterum medicorum aggressi sunt scribere. Quorum primus omnium yprocrates chous &c.* unde non bene putavit *Hallerus*, *Versionem*, quae legitur in *Articella Venet. 1483. et 1493.* f. impressa, ad *Ponticum Virunium* pertinere; est enim nostra, proptereaque Philologo illo *Belunensi*, qui primum post Sec. XV. medium lucem adspexit, multo vetustior.

Ep. iisque, quae in *Hist. Typogr. Vien. p. 55. et 311.* recensui, Opusculum.

VI. fol. 83. p. 2. Resumuntur Sententiae et Adagia versiculis conclusa v. g.

DLXIV.

Codex membranaceus lat. Sec. R. 3039 XIV. Folior. 334. f. per duas columnas nitide, sed minutius, crebrisque compendiis exaratus, coloribus illustratus, et multis marginum notulis adpersus fuit primum *Monasterij sancte Dorothee in Vienna* et inscribitur: *Incipit summa uiri uenerabilis magistri Guilielmi altiodorensis.* Lege *Altissiodorensis*, ut habetur etiam ad calcem. Quatuor Libris mole imparibus constat Opus, quorum I. de Deo. II. de Mundo. III. de Reparatione Generis humani. IV. de Sacramentis pertractat. Initium primi est: *Sicut dicit apostolus. fides est substantia rerum sperandarum &c.* Extremum ultimi: *Illa gaudia nobis prestare dignetur Iesus christus dominus noster. Qui cum patre &c.* Adjacet mihi Editio *Parisina* apud *Franc. Regnault f. a. f. min.* in cujus fronte Noster audit *sacer Presul*, confusione fortasse cum Episcopo *Guilermo Autissiodorensi συγγεγραφο*, qui dein ad *Parisinam* sedem translatus est. Illum ultra Archidiaconatum *Bellovacen-*